

Petrus de Vinea

*Ep. V 11 (Ne per
impunitatem criminum...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. V 11 (Ne per
impunitatem criminum...)*

1220-1266

Eidem, ut puniantur deuastantes segetes noctis tempore.

1. Ne per impunitatem criminum coalescat insolentia peruersorum, fidelitati tuae mandamus, quatenus illos, qui quasdam segetes discreti uiri... in noctis silentio temere deuastarunt, ut eidem debitam satisfactionem impendant, ueritate cognita, tradita tibi potestate compellas, talem penam infligens eisdem, quod ea ipsis sit ad supplicium et ceteris in exemplum. 2. Si uero aliqui rebelles temere se opponerent in hac parte, ipsorum temeritatem taliter corrigas et castiges, quod, qui se stultum demonstrat in culpa, sapiens sit in pena.